



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XXIII. Christus ligatus ad Anna[m] ducitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinant: dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis mee venit. Zach. 13. 5. 6. 7. Sed dicit non sum propheta, homo agricola ego sum; quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicitur ei. Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? & dicit. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves, & conuertam manum meam ad paruulos.

VERITAS. Matth. 26. 56. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturae prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. Marc. 14. 50. 51. 52. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo; & reuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugerit ab eis.

CAPVT XXIII.

Christus ligatus ad Annam ducitur.

FIGURAE. I. Constituti tempore Susannæ duo senes iudices, à quibus exijt iniquitas. Dan. 13. 5. Et constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

2. Spontè

2. Spontè ligatus qui potuit vincula dirumpere vt Samson. Iud. 16. 8. 9. Attulerunt *g.* ad eam Satrape Philistinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latentibus apud se insidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus, clamant *g.* ad eum: Philisthiim super te Samson. Qui rumpit vincula, quomodo si rumpat quis filum de struppitum putamine, cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Vell. 12. Quibus rursus Dalila vinxit eum, & clamant: Philisthiim super te Samson, in cubiculo insidijs paratis, qui ita rumpit vincula quasi fila telarum. Vt postmodum Christus exijt clauso sepulchro.

PROPHETIA. Psalm. 2. 2. 3. Affuerunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum: & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

VERITAS. Ioan. 18. 12. 13. 14. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudaorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caphei, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Capheus qui consilium dederat Iudais: quia expedit, vnum hominem mori pro populo, vt supra capit. 2.

### CAPVT XXIII.

Ducitur ad Domum Caiphe, vbi omnes conueniunt sacerdotes & scribae.

FIGURAE. I. Fratres Ioseph videntes eum venientem cogitant & concludunt eum occidendi.